

## XXXI. SVRRENTVM (p. 76).

ad n. 736. Iam Neapoli in museo publico inter Cumana collecta a principe Syracusarum.

ad n. 753. Eiusdem fortasse tituli fragmentum Stevenson repperit Surrenti in porticu inter seminarium et archiepiscopatum:

D M  
VALERI

8128 Surrenti rep. c. a. 1877 in aede cathedrali collocata pro gradu throni episcopalis, est ibi in vestibulo.

IIII  
SAC

Stevenson descripsit a. 1877.

8129 cippus parvus. Surrenti apud quadratarium e regione nosocomii publici.

MESSIVS  
Q · L · PRISCVS  
PAEDAGOGVS · V · A · XLV

Descripsit Stevenson a. 1877.

8130 litteris bonis. Surrenti rep. c. a. 1875 in fundamentis domus e regione aedis cathedralis, ubi extat.

D m  
I V L I A E  
VIX e AN  
M e II e  
5 e M e VLPVVS e CRES  
e ET e IVLIA e FORTVNAT<sup>a filiae</sup>  
DVLCISSIMAE e FECER<sup>unt</sup>

Stevenson descripsit a. 1877.

## XXXIII. STABIAE (p. 84).

ad n. 779. Cf. *Documenti inediti per la storia dei musei d' Italia* vol. 2 p. 36.

8131 Castellamare Stabiarum in episcopio rep. a. 1876 *facendo parte di un sepolcro, ma messa al disopra, le lettere guardanti il defunto STEVENSON. Extat ibidem.*

A MALE PARCARVM DVRA DE LEGE SORORVM  
RAPTVS IN HIS IACEO TELLVRIS SEDIBVS ATRAE  
BIS SEPTEM MINVS ANTE DIES QVAM QVINQVE PER ORBES  
SOLIS EOIGENAE COMPLEREM PARVOLVS ANNOS  
5 NOMINE LONGINIVS PRAENOMINE GAVVS OLIM  
CVI PROCVLVS COGNOMEN ERAT NVNC VMBRA NEC VMBRA  
SVBTER HVMMVM POSITVS MORTIS TEGOR ECCE SEPVLCHRO  
NEC MINVS ET CONTRA GENETRICIS FRATRE CREATVS  
QVATTVOR HIC ANNIS EXS QVADRAGINTA DIEBVS  
10 MAIOR IN AETERNAM MERSIT SVA LVMINA NOCTEM  
HIC MEVS VT FRATER STABIANO LITORE MECVM  
CONDITVR IN TENEBRIS ACHERONTIS LABITVR VNDIS  
NVNC TIBI NE GRAVE SIT FELIX · QVICVMQVE VIATOR e  
DICERE SI SAPIVNT · ALIQVID POST · FVNERA MANES e  
15 ANTONI v ET v PROCVLI v MOLLITER v OSSA CVBENT e  
C · LONGINIVS PRISCVS PATER v  
TRIERARC · CL · PR v MIS v ET v  
LICINIA PROCILLA MATER v  
FILIO v DVLCISSIMO v

C. Longinius Priscus pater, trierarc(a) cl(assis) pr(aetoriae) Mis(enensis), et Licinia Procilla mater filio dulcissimo. Ei nomen fuit C. Longinii Proculi. Una sepultus est Antonius quidam Procillae fratris filius.

8132 arca facta Rossio iudice saeculo III exeunte, in qua cernuntur Apollo et Musae novem, reperta cum operculo ferreis vinculis clausa cadavere intus posito. Miseni eam olim prostitisse probabile est, inde navi avectam aliud corpus recepit. Rep. Castellamare Stabiarum 4. Aug. 1879, dum puteus effoditur novae sacristiae aedis cathedralis.

in operculo  
I V L I O · L O N G I N O  
delphini PRINCIPALI · COL · MIS delphini  
duo EX · XP · QVI · VIX · AN · LIII duo  
DIES · IV · IVL · MARIA · VXOR  
5 B · M · F

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 225; I. B. de' Rossi *Bullett. crist.* 1879 p. 119 cf. p. 126.

V. 3 quod proposuit Rossius *ex (decem) p(rimis)*, fortasse verum est. Δεκάπρωτοι cum passim reperiantur in titulis Asiae minoris, item *decemprini* adsint in Lilybitanis (v. supra p. 742), in Italicis adhuc non comparuerunt. Possis item cogitare de decemprimis legionis (cf. vol. VIII n. 2564), quamquam ii quem locum tenuerint, parum constat.